Circumdederunt me dolores mortis : & torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Adjuva me Domine , & salvus ero.

Dolores inferni circumdederunt me: præoccupaverunt me laquei mortis. Domine vim patior, responde pro me.

Effunde Domine frameam, & conlude adversus eos, qui persequuntur me: Dic animæ meæ: Salus tua ego sum.

*Para la conformidad de morir.*

Domine, secundum voluntatem tuam fac mecum; & præcipe, in pace recipi spiritum meum: Expedit enim mihi mori, magis quam vivere.

Sufficit mihi Domine, tolle animam meam: neque enim melior sum, quam patres mei.

Moriatur anima mea morte justorum: & fiant novissima mea illis similia.

Et nunc Domine, tolle quæso animam meam à me: quia melior est mihi mors, quam vita. Fiat in me voluntas tua.

Melior est mors, quam vita amara: & requies æterna, quam languor perseverans. Verumtamen Domine, non mea voluntas, sed tua fiat.

Cupio dissolvi, & esse cum Christo. Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Placebo Domino in regione vivorum.

Benedicite gentes Deum nostrum: & auditam facite vocem laudis ejus: qui posuit animam meam ad vitam.

Eduxit me Dominus in latitudinem: sal-  
vum me fecit, quoniam voluit me.

Benedic anima mea Domino: & omnia  
quæ intra me sunt Nomine Sancto ejus.

## CAPÍTULO XXXVII.

*Se continúan las sentencias de la sagrada  
escritura para otros asuntos.*

Los actos de fe, esperanza y caridad son  
esencialísimos para bien morir, como tam-  
bien los de agradecimiento y gozo de mo-  
rir hijos de la santa Iglesia. Trataremos de  
ellos.

### *Actos de fe.*

Quicumque vult salvus esse, ante omnia  
opus est, ut teneat Catholicam Fidem.

Credo Domine, adjuva incredulitatem  
meam. Adauge nobis fidem.

Fides Catholica, hæc est: ut unum Deum  
in Trinitate, & Trinitatem personarum in  
Unitate Dei veneremur. Credo Domine.

Sine fide autem impossibile est placere  
Deo. Credere enim oportet accedentem  
ad Deum, quia est: & inquirentibus se  
Remunerator sit. *Hebr. 11. v. 6.* Credo  
Domine.

Necessarium etiam est ad æternam sa-  
lutem: ut Incarnationem quoque Domini

nostri Jesu Christi fideliter credat. Credo Domine.

Credamus, & confiteamur: quia Dominus noster Jesus Christus Dei Filius, Deus & homo est. Credo Domine.

*Hágase la confesion y protestacion de la fe, como se halla en el cap. 12; y tambien los actos de fe católica que dexamos expresados en lengua comun en el cap. 32. El símbolo de los Apóstoles, y el de San Atanasio.*

Credo, quod omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei. Et procedent, qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem judicii. Credo Domine.

Scio, quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabo pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum. Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius pro me. *Job 19. v. 25.* Credo Domine.

Testimonia tua, Domine, credibilia facta sunt nimis. Confundantur omnes, qui adorant sculptilia. Credo Domine. Justus ex fide vivit.

*Actos de esperanza.*

Ad te Domine levavi animam meam,

Deus meus in te confido, non erubescam.  
Caro mea requiescet in spe.

Custodi Domine animam meam, & erue me: Non erubescam, quoniam speravi in te. Etenim universi, qui sustinent te, non confundentur.

Si consistant adversus me castra, non timebit cor meum. Si exurgat adversum me praelium, in hoc ego sperabo. Quoniam in te Domine eripiar à tentatione.

Præcinxisti me Domine, virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me. In te Domine speravi, non confundar in æternum.

Lætentur omnes, qui sperant in te Domine: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.

Sperent in te; qui noverunt Nomen tuum Domine: quoniam non dereliquisti quærentes te: & liberas eos de manu angustiarum.

Ego autem in te speravi Domine: Dixi: Deus meus es tu: in manibus tuis sortes meæ.

In te Domine speraverunt patres nostri: speraverunt, & liberasti eos. Ad te clamaverunt, & salvi facti sunt: in te speraverunt, & non confusi.

Miserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea. In umbra

alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.

Factus est mihi Dominus in refugium:  
& Deus meus in adjutorium spei meæ.

Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: quia Deus adjutor noster in æternum. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo.

In pace in id ipsum dormiam, & requiescam, quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

*Actos de amor de Dios.*

Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo quandiu sum. Jucundum sit ei eloquium meum: diligam te Domine virtus mea.

Quid mihi est in cœlo? Et à te quid volui super terram? Concupivi salutare tuum Domine: misericordias Domini in æternum cantabo.

Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.

Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi: Nomen tuum, & memoriale tuum, in desiderio animæ meæ.

Oleum effusum Nomen tuum Domine:

Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Recti diligunt te.

Deus Deus meus: ad te de luce vigilo. Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

Quis Deus præter Dominum? Aut quis Deus præter Deum nostrum? Tu scis Domine, quia amo te.

Diligam te Domine fortitudo mea. In toto corde meo exquisivi te, ne repellas me à mandatis tuis.

Clamavi ad te Domine. Dixi: Tu es spes mea: portio mea in terra viventium.

Ignis, crux, bestię, confractio ossium; membrorum divisio, & totius corporis contritio: & tota tormenta diaboli in me veniant: tantum ut Christo fruar. *S. Ignatius martyr.*

*Actos de agradecimiento por los divinos beneficios.*

Benedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt, Nomini sancto ejus.

Benedic anima mea Domino: & noli oblivisci omnes retributiones ejus.

Benedic anima mea Domino: qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Benedic anima mea Domino: qui rede-

mit de interitu vitam tuam: qui coronat in te misericordia, & miserationibus.

Benedic anima mea Domino: qui replet in bonis desiderium tuum: renovabitur ut aquilæ juvenus tua.

Benedic anima mea Domino: qui replet in bonis desiderium tuum: faciens misericordias Dominus, & judicium omnibus injuriam patientibus.

Non secundum peccata nostra fecit nobis; neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Benedic anima mea Domino.

Quantum distat Ortus ab Occidente: longe fecit à nobis iniquitates nostras. Benedic anima mea Domino.

Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognovit figmentum nostrum. Recordatus est, quoniam pulvis sumus. Benedic anima mea Domino.

Benedicite Domino omnia opera ejus in omni loco dominationis ejus. Benedic anima mea Domino.

*Convida á todas las criaturas para que ayuden á alabar á Dios.*

Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude: quoniam in æternum misericordia ejus.

Laudem dicite Deo nostro omnes ser-

vi ejus: & qui timetis eum pussili, & magni. Gaudeamus, & exulemus, & demus gloriam ei.

Benedicite Domino omnes Angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius; ad audiendam vocem sermonum ejus. Magnificate Dominum mecum.

Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob glorificate eum. Magnificate Dominum mecum.

Regna terræ cantate Deo: psallite Domino. Magnificate Dominum mecum, & exaltemus Nomen ejus in id ipsum.

Psallite Deo, qui ascendit super cœlum cœli. Magnificate Dominum mecum.

Jubilare Deo omnis terra, psalmum dicite Nomi ni ejus: date gloriam laudi ejus. Magnificate Dominum mecum.

Confitemini Domino in cithara: psalterio decem cordarum psallite illi. Magnificate Dominum mecum.

Confitemini Domino, quoniam magnifice fecit: annuntiate hoc in universa terra. Magnificate Dominum mecum.

Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus congregavit eos.

Magnificate Dominum mecum, & exaltemus Nomen ejus in id ipsum. Sit gloria Domini in sæculum. Amen.

## CAPÍTULO XXXVIII.

*Se concluyen las sentencias de la sagrada escritura para otros asuntos.*

Los deseos de ver á Dios se excitan y resultan de considerar la bondad, misericordia y suavidad infinita del mismo Dios: y con estos se mueven otros actos heróicos y de gran provecho espiritual para los moribundos. A la discrecion del ministro de Dios se dexa el escoger aquellos afectos de que mas el enfermo necesita.

*Sobre la infinita bondad de Dios.*

Magnus Dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis ejus non est finis. Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.

Magnus Dominus, & magna virtus ejus: & sapientiæ ejus non est finis, & sapientiæ ejus non est numerus. Exaltemus eum in sæcula.

Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.

Tu Domine suavis, & mitis: & multæ misericordiæ omnibus invocantibus te.

Memoriam suavitatis tuæ eructabunt: & justitia tua exultabunt. Letetur cor tui

mentium eum. Exultemus eum in sæcula.

Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.

Quam magnificata sunt opera tua Domine! Omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

Anima mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo.

Mirabilis Deus in sanctis suis Deus Israel: ipse dabit virtutem, & fortitudinem plebi suæ. Benedictus Deus.

Lauda anima Dominum: laudabo Dominum in vita mea: psallam Deo meo quandiu fuero.

*Deseos de ver à Dios.*

Quemadmodum desiderat cervus ad fontem aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitivit anima mea ad te Deum fortem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei!

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: ubi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei.

<sup>te</sup>  
<sup>D</sup> Unam petii à Domino, hanc requiram:

ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ: ut videam voluntatem Domini, & visitem templum ejus.

Beatus, quem elegisti Domine, & assumpsisti: inhabitabit in atriis tuis. Replebimur in bonis domus tuæ. Melior est dies una in atriis tuis super millia.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, & non meminero tui: si non proposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ.

Labor est ante me donec intrem in sanctuarium Dei. Educ Domine de custodia animam meam, ad confitendum Nomini tuo: me expectant justi, donec retribuas mihi.

*Al tiempo que le dan la candela.*

Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus: prævalui adversus eum.

Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dominus Protector vitæ meæ, à quo trepidabo?

Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Deus misereatur nostri, & benedicat no-

bis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri. Ut cognoscamus in terra viam tuam.

Oriatur in tenebris lux mea: & tenebræ meæ fiant sicut meridies, & impleat Dominus splendoribus animam meam.

*Tomando la imágen de Cristo crucificado en las manos.*

Exurgat Deus: & dissipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum à facie ejus.

Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui: ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo.

Fasciculus myrræ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur.

Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi: & fructus ejus dulcis gutturi meo.

Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. Fructus crucis, est utique fructus justo.

Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi.

O crux splendidior cunctis astris. Super omnia ligna cedrorum tu sola excelsior.

O crux benedicta! O crux veneranda! O crux admirabilis! O crux desiderabilis, quæ salutem attulisti miseris! Per te me

recipiat, qui in te moriens, me redemit.

Salva me Christe Salvator per virtutem crucis. Adoramus te Christe, & benedicimus tibi, quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.

O crux admirabilis! O lignum pretiosum! Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera.

Tuam crucem adoramus Domine: tuam gloriosam recolimus passionem. Miserere nobis, qui passus es pro nobis.

Salvator mundi, salva nos: qui per crucem, & sanguinem tuum redemisti nos: auxiliare nobis te deprecamur Deus noster.

*Oracion devotísima del angélico Doctor  
á Cristo crucificado.*

Absorbeat quæso, Domine Jesu Christe, ignita, & meliflua vis amoris tui mentem meam ab omnibus, quæ sub cælo sunt; ut amore amoris tui moriar, qui amore amoris mei dignatus es in ligno crucis mori. Amen.

## CAPÍTULO XXXIX.

*Varios afectos y exclamaciones á María santísima.*

Sancta Maria, Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis nostræ.

Salve Regina, Mater Misericordiæ, vita dulcedo, & spes nostra salve, ad te clamamus exules filii Evæ. Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lacrymarum valle.

Eia ergo, Advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte: & Jesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.

O clemens, ò pia, ò dulcis Virgo Maria. Monstra te esse Matrem, sumat per te preces; qui pro nobis natus tulit esse tuus.

Ora pro nobis sancta Dei genitrix: ut digni efficiamur promissionibus Christi. Monstra te esse Matrem.

Ave Maris Stella, Dei Mater alma, atque semper Virgo, fœlix cœli Porta. Monstra te esse Matrem.

Sumens illud Ave, Gabrielis ore, fundat nos in pace, mutans Evæ nomen. Monstra te esse Matrem.

Solve vincla reis, profer lumen cæcis,

mala nostra pelle, bona cuncta posce.

Monstra te esse Matrem.

Virgo singularis, inter omnes mitis, nos  
culpulis solutos, mites fac, & castos. Mon-  
stra te esse Matrem.

Vitam præsta puram, iter para tutum,  
ut videntes Jesum, semper collætetur.  
Monstra te esse Matrem.

Beata Maria, & intacta Virgo, gloriosa  
Regina mundi, intercede pro nobis ad Do-  
minum. Monstra te esse Matrem.

Beata Dei genitrix Maria, Virgo perpe-  
tua, templum Domini, sacrarium Spiritus  
Sancti, sola sine exemplo placuisti Domino  
nostro Jesu Christo, sentiant omnes tuum  
juvamen. Monstra te esse Matrem.

Maria Mater gratiæ, dulcis parens cle-  
mentiæ, tu nos ab hoste protege, & mortis  
hora suscipe. *Diga esto muchas veces.*

Cum jucunditate commemorationem  
beatæ Mariæ celebremus, ut ipsa pro no-  
bis intercedat ad Dominum Jesum Chri-  
stum.

Per tuam immaculatam Conceptionem,  
Dei genitrix Virgo, defende nos semper ab  
hoste maligno. Monstra te esse Matrem.

Gaude Virgo gloriosa, super omnes spe-  
ciosa. Vale, ò valdè decora, & pro nobis  
Christum exora. Monstra te esse Matrem.

Eia Mater fons amoris, me sentire vim

doloris fac, ut ego lugeam. Monstra te esse Matrem.

Fac, ut ardeat cor meum, in amando Christum Deum, ut sibi complaceam. Monstra te esse Matrem.

Sancta Mater istud agas, Crucifixi fige plagas cordi meo valide. Monstra te esse Matrem.

Tui nati vulnerati, tam dignati pro me pati, pœnas mecum divide. Monstra te esse Matrem.

Fac me vere tecum flere, Crucifixo condolere, donec ego vixero. Monstra te esse Matrem.

Juxta crucem tecum stare, te libenter sociare, in planctu desidero. Monstra te esse Matrem.

Virgo Virginum præclara, mihi jam non sis amara, fac me tecum plangere. Monstra te esse Matrem.

Fac ut portem Christi mortem, passionis ejus sortem, & plagas recolere. Monstra te esse Matrem.

Fac me plagis vulnerari, cruce hac inebriari, ob amorem Filii. Monstra te esse Matrem.

Inflamatus, & accensus, per te Virgo sim defensus in die judicii. Monstra te esse Matrem.

Fac me cruce custodiri, morte Christi

præmuniri, confoveri gratia. Monstra te esse Matrem.

Quando corpus morietur, fac ut animæ donetur paradissi gloria. Amen.

## CAPÍTULO XL.

*Espiritual testamento breve, que conviene hacerse cada dia, principalmente á la tarde antes de entregarse al sueño, que es imagen de la muerte.*

### IN NOMINE DOMINI, AMEN.

Commendo summo Deo animam meam: corpus autem meum terræ, & putredini, pro cibo vermium.

Voluntariè renuntio rebus omnibus hujus mundi, quæ nihil sunt, quam vera vanitas.

Doleo ex toto corde, & me pœnitet meorum peccatorum: & hoc propter amorem erga Deum meum.

Ex toto corde ignosco omnibus inimicis meis: & ignosci desidero.

Unum credo Deum, in Personis trinum, nempè Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum: utpote unum Deum Creatorem, Conservatorem, Salvatorem, Remuneratorem, Omnipotentem, Summum, Bo-

num, Sapientissimum, Infinitum, & Im-  
mensum.

Credo, Dominum meum Jesum Chri-  
stum, esse verè Unigenitum Filium Dei;  
verum Deum, & hominem, Redempto-  
rem mundi, qui sedet ad dexteram Pa-  
tris, & iterum venturus est judicare vi-  
vos, & mortuos, & regni ejus non erit  
finis.

Firmiter credo omnia, quæ Ecclesia san-  
cta catholica romana docet credere.

Spero ex bonitate Dei remissionem pec-  
catorum meorum, & vitam æternam.

Diligo Deum meum, & eum cupio di-  
ligere ex toto cordè meo, ex tota anima  
mea, & ex omnibus viribus meis.

Totaliter, plene, & absolute, me com-  
mendo sanctissimæ, & semper honorandæ  
voluntati Dei; & promptus sum agere, &  
pati; sanari, & infirmari; vivere, & mori,  
qualiter, & quando suæ sanctissimæ pla-  
cuerit voluntati; quæ semper in me, &  
omnibus creaturis impleatur, sicut imple-  
tur in cœlo. Amen.

Animam meam, corpusque meum com-  
mendo intercessionibus gloriosissimæ Vir-  
ginis Mariæ, Sancti Joseph, Angeli mei  
tutelarioris, & omnium Sanctorum, humil-  
lime eos rogans, ut mihi in hora meæ  
mortis assistant.

Ultima mea vox verbumque sit: JESUS, MARIA, JOSEPH, inter quorum brachia vivere, & mori volo.

Casu quo lingua mea hæc sancta Nomina exprimere nequeat, ea in corde meo dicere concupisco.

Etsi in articulo mortis meæ sensus mei defecerint, ex nunc pro tunc, omni possibili fervoris affectu dico: JESUS, MARIA, JOSEPH assistant me: Deus meus, in manus tuas commendo spiritum meum.

## CAPÍTULO XLI.

*Devotísimo testamento espiritual de San Carlos Borromeo. Se hará en salud, y se renovará en la muerte.*

Siendo innumerables los peligros á que está sujeta la vida humana, y conociendo yo que soy mortal y pecador, que he nacido para morir, y no sé la hora; para que no me coja de improviso mi muerte he determinado, con la ayuda de mi Dios, disponerme; y así con todo mi corazón postrado á los pies de mi Señor Jesucristo, crucificado por mi amor, manifiesto á todas las criaturas del cielo y de la tierra que mi última voluntad es y quiero sea, como aquí la explico, en la forma siguiente.

*In nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti. Amen.*

Yo N.

dispongo todas las cosas de mi alma ; y *primeramente* digo : que como fundamento de mi salvacion eterna , protesto y confieso en presencia de Dios Omnipotente , y de la Virgen santísima María , y de toda la corte del cielo : que es mi voluntad vivir y morir obediente á la santa Iglesia católica romana ; creyendo firmemente , como creo , todos los artículos de la fe , enseñados por los santos Apóstoles , como me los propone y explica nuestra santa madre Iglesia. Todo cuanto me ocurriere contra esta santa fe católica romana lo tengo desde luego por tentacion del demonio ; y si dixere ó hiciere alguna cosa ( lo cual Dios no permita ) contra ella en virtud de esta cláusula , lo revoco y anulo ; y es mi voluntad no se tenga por dicho ni hecho.

*Item* : Por esta mi última voluntad protesto , que en mi muerte deseo y quiero recibir el santo sacramento de la Penitencia , confesándome enteramente de mis pecados. Y si por algun accidente no me pudiese confesar , es mi intención y mi voluntad confesarme y dolerme de todas mis culpas y pecados , y llorarlos amar-

gamente; no tanto por el temor del infierno, quanto por haber ofendido al sumo bien, que es mi Dios, á quien debo servir y amar sobre todas las cosas; lo cual ahora propongo firmemente hacer con su divina gracia todo el tiempo de mi vida, sin ofenderle jamas.

*Item:* Es mi voluntad y quiero recibir el santísimo Viático. Y si por algun accidente no le pudiere recibir, declaro que es mi voluntad recibirle por lo menos espiritualmente con el corazon, adorando á mi Señor Jesucristo Sacramentado, y suplicándole se digne estar conmigo en tan peligroso viage; me defienda de mis enemigos infernales, y me lleve al puerto seguro de la eterna bienaventuranza.

*Item:* Declaro que quiero pasar de esta vida mortal con el último sacramento de la Extremauncion. Y no pudiendo por algun impedimento recibirle, ruego á mi Dios y Señor se digne ungerme todos mis sentidos con el óleo santo de su infinita misericordia, perdonándome todos los pecados que he cometido con mis ojos y oidos, lengua, gusto, olfato y tacto.

*Item:* Es mi voluntad acabar mi vida mortal esperando en la infinita misericordia de mi Dios el perdon de todos mis pecados y la salvacion eterna de mi alma:

teniendo , como tengo , la palabra de mi Señor Jesucristo , que dixo : no habia venido á llamar á los justos , sino á los pecadores.

*Item*: Confieso que aun las obras buenas las he hecho con muchas imperfecciones , negligencias y faltas. Y para que el demonio quede confuso , declaro que no presumo por solas mis buenas obras merecer el cielo , sino principalmente por los infinitos merecimientos y preciosísima sangre de mi Señor Jesucristo , derramada en la cruz por mi salvacion eterna.

*Item*: Protesto y declaro que es mi voluntad padecer con paciencia y conformidad cualquier enfermedad y dolor que Dios me diere , hasta el último aliento de mi vida ; que sea en union de lo que mi Señor Jesucristo padeció por mí. Y si por mi fragilidad y miseria yo cayere en alguna impaciencia , desde ahora para entonces me arrepiento , y me pesa de mi culpa y del mal exemplo que diere con mis impacientes obras y palabras , rogando á mi Dios no me desampare en aquel peligroso trance de mi muerte.

*Item*: Quiero perdonar y perdono todas las injurias y ofensas que me hayan hecho las criaturas en esta vida ; rogándoles que á mí me perdonen ; y á mi Dios suplico

que me perdone mis pecados: y á todos los que en este mundo me han ofendido tambien su divina Magestad los perdone, y les ayude y asista con su divina gracia.

*Item:* Es mi voluntad, y quiero dar infinitas gracias á mi Dios y Señor por todos los beneficios que me ha hecho, asi espirituales como temporales: y particularmente por el beneficio de la creacion, redencion y vocacion á su santo conocimiento; y por haberme esperado tanto tiempo á penitencia, habiendo podido condenarme por mis graves pecados. Sea para siempre bendita su infinita bondad, piedad y misericordia.

*Item:* Quiero y deseo sumamente que de esta mi última voluntad sea executora y protectora la gloriosa siempre Vírgen María mi Señora, abogada de los pecadores; el glorioso patriarca S. Josef, y mis principales santos abogados y devotos N. N., á los cuales ruego me favorezcan en la hora de mi muerte, para que se digne nuestro Señor Jesucristo recibir en paz mi alma y mi espíritu.

*Item:* Quiero, declaro, constituyo y nombro por defensor y curador de mi alma al santo ángel de mi guarda en el tremendo juicio de mi Dios y Señor cuando se vea mi causa y se me haya de dar la sen-

tencia final de mi vida: y le ruego que asi como N. S. le encomendó mi alma, y la puso debaxo de su tutela y amparo en esta vida, asi la defienda y lleve en sus manos al descanso eterno de la gloria.

*Item:* Ruego por las entrañas de mi Señor Jesucristo á todos mis parientes y amigos verdaderos que me ayuden con sus oraciones y obras de satisfaccion, y principalmente con el santo sacrificio de la Misa; como medio mas eficaz; para que si por la infinita misericordia de mi Dios estuviere mi alma en las penas del purgatorio, sea libre de ellas; que yo les ofrezco no ser ingrato á tanto beneficio.

*Item:* Es mi voluntad y deseo que mi alma, luego despues de mi muerte, sea puesta en la llaga amorosísima del sagrado costado de mi Señor Jesucristo, donde quisiera que perpetuamente viviese depositada para su eterno descanso.

*Finalmente:* Protesto y declaro que es mi voluntad aceptar con todo mi corazon la muerte en cualquier modo, tiempo y hora en que mi Dios y Señor me la enviare; conformando mi voluntad con la suya, y recibéndola con paciencia en satisfaccion de mis pecados. Le doy á mi Dios muchas gracias de la vida que hasta ahora me ha concedido; la cual, si fuere

servido alargar, sea para mas servirle con ella; y si dispusiere que yo muera, cúmplase en mí su divina voluntad: la alma y el cuerpo, la salud y la enfermedad, la vida y la muerte estan en su piadosa y omnipotente mano. Tambien suplico y ruego á mi Dios y Señor no permita que jamas me aparte de esta mi última voluntad, que es estar siempre conforme con su voluntad santísima.

Yo \_\_\_\_\_ firmé de mi propia mano este mi último testamento, dia \_\_\_\_\_ del mes de \_\_\_\_\_ año de \_\_\_\_\_ de \_\_\_\_\_

El dia que firmé su testamento confiese y comulgue el testador. Lea con atencion su testamento una ó mas veces al año, y cuando estuviere enfermo de peligro haga que se lo lean muy de propósito. El Señor nos conceda su divino Espíritu. Amen.

## CAPÍTULO XLII.

*Advertencias al ministro de Dios para cuando el enfermo se agrava demasiado, y en él se descubren algunos afectos desordenados, ó prorumpen en delirios.*

En el progreso de la mortal enfermedad se descubren en los enfermos varios afectos y pasiones que necesitan de mucho desvelo en el ministro de Dios que les asiste para poner á lo que mas importa remedio.

Algunos se arrepienten de lo que dispusieron en su testamento, dexándose llevar del amor desordenado de parientes. A estos se les ha de persuadir que primero es su alma que todos sus parientes. El alma propia no tiene cosa igual para su digna estimacion, como lo dixo nuestro Señor Jesucristo: *quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Matth. 16. v. 26. Los parientes no nos sacarán del infierno, si por desgracia nos condenamos. No lo permita Dios.

Otros enfermos con el progreso de su grave enfermedad se destemplan en grave furor contra las personas que no los visitan ni se dexan ver. Por lo cual, si

en el testamento les favorecieron , quieren mudar lo que ya se dispuso con acuerdo prudente. Velen sobre esto los ministros del Señor , para que no se mude lo que ya se determinó segun razon y justicia. Aquel precioso tiempo , como ya notamos , no es para regularse con afectos desordenados de amor nímio , ni de aversiones enfadosas , ni despiques ; sino para hacer con él lo más perfecto y lo más seguro para la vida eterna.

Otras veces acontece que con motivo de falsa piedad le hacen mudar al enfermo todo su testamento , convirtiendo en obras pías lo que dispuso de sus bienes temporales conforme á la verdadera piedad y justicia. Cada dia tenemos exemplares de este escandaloso desórden. El apostólico S. Vicente Ferrer trató de ladrones á los que mudaron cierto testamento , dexando á la parte de afuera á los parientes pobres , y aplicando la herencia para obras pías. No hay verdadera piedad contra justicia , ni amistad contra conciencia. Nuestro Señor Jesucristo nos predicó , deshaciendo el error de muchos que decian que era primero el templo de Dios que el socorro y alimento de los padres. Vayan á lo mas seguro los ministros de Dios que asisten á los moribundos.

Sucede tambien algunas veces que el enfermo con el rigor de su fiebre maligna comienza á delirar y hablar notables desconciertos. En estos casos procure el discreto ministro del Señor apartar del aposento del enfermo á todos los que no conducen para su espiritual y corporal asistencia. No hagan misterio ni juicio temerario sobre lo que el enfermo dice con su delirio ; porque ya se puede conocer que no puede hablar con juicio quien no le tiene. Lo menos es la risa y chanza indigna que sobre tales especies disparatadas se suele hacer. Y lo mas es que algunos inconsiderados juzgan temerariamente que de la abundancia del corazon habla en el delirio la lengua. En esto se engañan muchos con ageno detrimento. Yo he visto que cierta persona modestísima y castísima , en un delirio de fiebre destemplada prorumpió en obscenidades y palabras tan torpes y sucias , que era un horror el oirlas : y para mí era evidente que en tal corazon no habia tan escandalosas especies.

Lo que importa en semejantes casos es que el ministro de Dios aparte del aposento del enfermo á todos los que alli no hacen falta , y al moribundo le diga cosas muy santas , para que al instante que

vuelva sobre sí deteste lo dicho; como él que sueña cosas torpes, y luego que despierta prorrumpe en actos contrarios. El que hace fundamento de los delirios disparatados de los enfermos se puede computar en el número de los necios. Muchas veces soñamos lo que jamas nos ha venido al pensamiento. El delirio es como el sueño.

Lo que tambien importa mucho es que luego como el enfermo entra en el estado trabajoso de caminar aprisa á su muerte, solo entren y le hablen los que conducen para el mayor bien de su alma y curacion de su cuerpo, en lo que presta la perfecta caridad y el estado; porque entonces el concurso de muchos no es de provecho.

Asimismo tenga cuidado el ministro de Dios de que la santa Uncion se dé á su tiempo oportuno y con direccion del médico sabio, como diremos en el capítulo siguiente. Todo sea para mayor honra y gloria de Dios, y bien de las almas. Amen.

## CAPÍTULO XLIII.

*Advertencias al ministro de Dios, disponiendo al enfermo para el santo sacramento de la Extremauncion.*

Sea la advertencia primera, que esta diligencia de administrar este santo Sacramento le pertenece de oficio al cura propio del enfermo; y regularmente sin licencia suya ningun otro sacerdote lo puede hacer sin manifiesta necesidad.

*Lo segundo se note*, que la santa Uncion ni conviene darla antes del tiempo, ni dilatarla hasta que el enfermo está espirando. Gobiérnese el ministro de Dios con el dictámen del prudente médico, y con él se defienda; como dexamos advertido en el capítulo séptimo, donde tratamos del sagrado Viático.

*Lo tercero se advierta*, que es práctica saludable dexar el cura el óleo santo en la casa del enfermo, en lugar decente; para que si sucede un rebato pueda el ministro de Dios que asiste al enfermo, sin aguardar que se busque al cura, darle al moribundo este último santo Sacramento.

*Lo cuarto se advierta* (y puede el ministro de Dios decirlo al médico), que si

puede ser, no aguarde á que el enfermo pierda sus sentidos para ordenarle este santo Sacramento; porque es de imponderable consuelo saber el moribundo cuándo lo recibe, y concurrir con sus propios actos interiores y exteriores á las preces devotísimas y eficacísimas que por él se hacen en tan sagrada función. Así lo confiesan los que lo han podido referir.

*Lo quinto*, procure el ministro de Dios reconciliar al enfermo un poco antes que reciba este santo Sacramento, por dos razones. *La primera*, porque es Sacramento de vivos, y pide que quien lo recibe esté en gracia de Dios. *La segunda*, porque habiéndole de dar la absolución de la bula de la cruzada, conviene que para esto se confiese, y así se hace sacramental la absolución. La forma para la de la bula de la cruzada es como se sigue.

*Absolución de la bula de la cruzada.*

Miserere tui, &c.

Indulgentiam &c.

Auctoritate Dei omnipotentis, & beatorum apostolorum ejus Petri & Pauli, & sanctæ romanæ Ecclesiæ, tibi specialiter concessa, & mihi commissa: ego te absolvo ab omni sententia excommunicatio-

nis majoris , vel minoris , *suspensionis* , & interdicti , à jure vel ab homine , & ab omnibus aliis quibuscumque pœnis , vel censuris , in quibus , quacumque ex causa incurristi , quamvis earum absolutio sit reservata sanctæ Sedi apostolicæ , ita ut tibi per bullam cruciatae conceditur , & restitutione unioni , & communicationi fidelium.

Item eadem auctoritate ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis , quomodocumque reservatis , & concedo tibi indulgentiam plenariam , & remissionem omnium peccatorum tuorum , de quibus nunc , sive in aliquo tempore confessus es , & ab illis , quibus ignorasti , aut oblitus fuisti : & absolvo te à pœnis purgatorii , in nomine Patris ✠ , & Filii ✠ , & Spiritus Sancti ✠ . Amen.

*La palabra suspensionis y el paréntesis que se sigue , se dexa quando se da esta absolucion á los seglares y á las mugeres que son incapaces de suspension. Lo mismo digo en la absolucion siguiente.*

*Absolucion para los religiosos y religiosas,  
hermanos y hermanas de la Tercera orden  
seráfica en la hora de la muerte.*

Dominus noster Jesus Christus per mérita suæ sanctissimæ passionis te absolvat, & gratiam suam tibi infundat: & ego auctoritate ipsius, beatorum apostolorum suorum Petri & Pauli, & sanctæ romanæ Ecclesiæ, virtuteque privilegiorum nostro ordini concessorum, ac potestate mihi commissa, te absolvo ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si fortè incurristi (*& dispenso tecum in omni irregularitate*) & restituo te unioni & participatione fidelium, necnon sanctis sacramentis Ecclesiæ.

*Item*: eadem auctoritate absolvo te à defectis divini officii, & ab omni transgressione regulæ tuæ, votorumque professionis tuæ, & statutorum tui ordinis: insuperque te absolvo plenariè ab omnibus peccatis tuis, specialiter, aut generaliter confessis, cum circumstantiis eorum, quomodocumque offendisti Creatorem tuum, animam tuam, & proximum tuum: & de omnibus ipsis, speciali gratia tibi concessa, & mihi commissa à domino papa, & concedo tibi in-

dulgentiam plenariam , & remissionem omnium pœnarum in præsentî vita , vell in purgatorio , pro peccatis tuis debiturum , in quantum possum , & valeo , & auctoritas supradicta se extendere potest , in nomine Patris ✠ , & Filii ✠ , & Spiritus Sancti ✠. Amen.

*Lo sexto se advierta* , que si el enfermo ha perdido el uso de la lengua , pero aún oye , conviene que se confiese del modo que pueda para estas absoluciones , porque en ellas se absuelve de pecados.

*Lo séptimo se note* , que si el enfermo ha perdido ya el uso de todos sus sentidos , no obstante podrá el ministro de Dios , que ha confesado otras veces al mismo enfermo , excitarle con voces altas al dolor de sus pecados , y darle estas absoluciones , como se dan al que repentinamente se pone á morir , y no se puede confesar. El Señor les dé todo acierto á sus ministros. Amen.

## CAPÍTULO XLIV.

*Advertencias al ministro de Dios para dar al moribundo la santa Uncion.*

Prevenido ya el enfermo con la confesion sacramental para recibir este santo sacramento de la Extremauncion, y teniendo la licencia del cura, se adorna el sacerdote con sobrepellíz y estola, conforme al ceremonial, y dice como se sigue.

Pax huic domui. *Rx.* Et omnibus habitantibus in ea.

Asperges me Domine &c. *y echa agua bendita, in modum crucis, sobre el enfermo y circunstantes.*

*Despues dice:* adjutorium nostrum in nomine Domini.

*Rx.* Qui fecit cœlum, & terram.

*Y.* Dominus vobiscum.

*Rx.* Et cum spiritu tuo.

## O R E M U S.

Introeat, Domine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitatis ingressu æterna fœlicitas, divina prosperitas, serena lætitia, claritas fructuosa, sanitas sempiterna. Effugiat ex hoc loco accessus dœ-

monum: adsint angeli pacis, domumque hanc deserta omnis maligna discordia. Magnifica Domine super nos Nomen sanctum tuum, & benedic ✠ nostræ conversationi: sanctifica nostræ humilitatis ingressum, qui sanctus, & pius es, & permanens cum Patre, & Spiritu Sancto in sæcula sæculorum. Amen.

Oramus, & deprecamur Dominum nostrum Jesum Christum, ut benedicendo benedicat ✠ hoc tabernaculum, & omnes habitantes in eo, & de eis angelum bonum custodem, & faciat eos sibi servire, ad considerandum mirabilia de lege sua: avertat ab eis omnes contrarias potestates: eripiat eos ab omni formidine, & ab omni perturbatione, ac sanos in hoc tabernaculo custodire dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus in sæcula sæculorum. Amen.

### OREMUS.

Exaudi nos, Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris sanctum angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Despues eche agua bendita, in modum crucis, diciendo: asperges me &c. Despues dice el enfermo y todos los circunstantes la confesion: confiteor Deo &c. y el misereatur tui &c. Indulgentiam &c. Lo dicen todos los sacerdotes que alli se hallan; pero no le absuelven de pecados.*

Luego los que asisten dicen los salmos penitenciales mientras el ministro hace las unciones como se sigue.

*In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, extingatur in te omnis virtus diaboli per impositionem manuum nostrarum (le pone al enfermo las manos sobre la cabeza), inò per invocationem omnium sanctorum angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, atque simul omnium sanctorum. R. Amen.*

Despues unge haciendo cruz con el óleo santo en las siete partes del cuerpo que se siguen, diciendo.

### *Ad oculos.*

Per istam sanctam Uctionem ✠ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid per visum deliquisti. Amen.

*Minister ordinatus in sacris, vel ipse*

*sacerdos tergit locum inunctum cum globo stupæ, illudque reponit in vase mundo, ut postea comburatur.*

*Ad aures.*

Per istam sanctam Unctionem ✠ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per auditum deliquisti Amen.

*Ad nares.*

Per istam sanctam Unctionem ✠ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per odoratum deliquisti. Amen.

*Ad os, compressis labiis.*

Per istam sanctam Unctionem ✠ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per gustum, & locutionem deliquisti. Amen.

*Ad manus.*

Per istam sanctam Unctionem ✠ & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid per tactum deliquisti. Amen.

*Sacerdotibus non inunguntur manus interioriùs , sed exterioriùs , juxta Rit. Rom.*

*Ad pedes.*

Per istam sanctam Unctionem ✠ & suam piissimam misericordiam , indulgeat tibi Dominus quidquid per gressum deliquisti. Amen.

*Ad lumbos , sive renes.*

Per istam sanctam Unctionem ✠ & suam piissimam misericordiam , indulgeat tibi Dominus quidquid per lumborum delectationem deliquisti. Amen.

*Hæc unctio ad lumbos semper omittitur in fœminis ; & etiam in viris , qui ob infirmitatem viæ , aut sine periculo moveri non possunt.*

*Si se duda de estar vivo ó muerto el sugeto , se ha de dar sub conditione la santa Uncion , diciendo : si vivus es , per istam sanctam Unctionem ✠ &c.*

*Acabado de ungir el enfermo , y concluidos los salmos penitenciales que dicen los asistentes , prosigue el ministro diciendo :*

*Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster &c.*

*℣. Et ne nos inducas in tentationem.*

*℞. Sed libera nos à malo.*

Ψ. *Salvum fac servum tuum.*

R. *Deus meus sperantem in te.*

Ψ. *Mitte ei Domine auxilium de sancto.*

R. *Et de Sion tuere eum.*

Ψ. *Esto ei Domine turris fortitudinis.*

R. *A facie inimici.*

Ψ. *Nihil proficiat inimicus in eo.*

R. *Et Filius iniquitatis non apponat nocere ei.*

Ψ. *Domine exaudi orationem meam.*

R. *Et clamor meus ad te veniat.*

Ψ. *Domineus vobiscum.*

R. *Et cum spiritu tuo.*

## OREMUS.

Domine Deus, qui per apostolum tuum Jacobum locutus es: infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & si in peccatis sit, remittentur ei. Cura quæsumus, Redemptor noster, gratia Sancti Spiritus languores istius, ejusque sana vulnera, & dimitte peccata, atque dolores cunctos mentis, & corporis ab eo expelle, plenamque interiori, & exteriori sanitatem misericorditer redde, ut ope misericordiæ tuæ restitutus, ad pristina reparetur officia. Qui

cum Patre, & Spiritu Sancto vivis, & regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

OREMUS.

Respice quæsumus Domine, famulum tuum N. in infirmitate sui corporis fatiscentem, & animam refove, quam creasti, ut castigationibus emendatus, se tua sentiat medicina salvatus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMUS.

Domine Sancte, Pater Omnipotens, æterne Deus, qui benedictionis tuæ gratiam ægris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate custodis, ad invocationem tui nominis benignus assiste, & famulum tuum ab ægritudine liberatum, & sanitate donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ sanctæ cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Asi se da la santa Uncion conforme al ritual romano, de que usa este arzobispado. Pero en nuestra religion seráfica despues de haberse unguido al enfermo, y concluidos los siete salmos penitenciales, dice el ministro como se sigue.*

Kyrie eleyson. Christe &c. Kyrie &c.  
 Sancta Maria. Ora pro eo. Omnes sancti  
 angeli, & archangeli. Orate pro eo. San-  
 cte Abel. Ora pro eo. Omnis chorus ju-  
 storum. Orate pro eo. Sancte Abraham.  
 Ora pro eo. Sancte Joannes Baptista. Ora  
 pro eo. Omnes sancti patriarchæ, & pro-  
 phetæ. Orate pro eo. Sancte Petre. Ora  
 &c. Sancte Paule. Ora. Sancte Andræa.  
 Ora. Sancte Joannes. Ora. Omnes sancti  
 apostoli, & evangelistæ. Orate. Omnes san-  
 cti discipuli Domini. Orate. Omnes sancti  
 innocentes. Orate. Sancte Stephane. Ora.  
 Sancte Laurenti. Ora. Omnes sancti mar-  
 tyres. Orate. Sancte Sylvester. Ora. Om-  
 nes sancti pontifices, & confessores. Orate.  
 Sancte pater Francisce. Ora. Sancte Be-  
 nedicte. Ora. Sancte Antoni de Padua. Ora.  
 Omnes sancti monachi, & eremitæ. Orate.  
 Sancta Maria Magdalena. Ora. Sancta Lu-  
 cia. Ora. Omnes sanctæ virgines. Orate  
 pro eo. Propitius esto. Parce ei Domine.  
 Propitius esto. Libera eum Domine. Ab  
 ira tua. Libera eum Domine. A mala mor-  
 te. Libera &c. A periculo mortis. Libera.  
 A pœnis inferni. Libera. A potestate dia-  
 boli. Libera. Ab omni malo. Libera. Per  
 Nativitatem tuam. Libera. Per crucem, &  
 passionem tuam. Libera. Per mortem, &  
 sepulturam tuam. Libera. Per admirabilem

Ascensionem tuam. Libera. Per gratiam Spiritus Sancti Paracliti. Libera. In die iudicii. Libera. Peccatores. Te rogamus audi nos. Ut ei parcas. Te rogamus audi nos. Kyrie. Christe. Kyrie. Pater noster. *Secreto.*

ψ. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos à malo.

